

dat, suspendio puniri ; illam pœnam capitalem ob succisas arbores non fuisse furibus ejusmodi irrogatam ; sed saltem fustigationem cum perpetua relegatione, & quidem ex hac ratione, quia in sylvis, ubi plerumq; non animo sa' tem nocendi, (cum hoc casu a' fio injuriarum habeat locum cum damni æstimatione) sed lucri & furti causa arbores cæduntur, de corpore delicti, quantitate ramorum & æstimatione arborum ablatarum satis certo constare nequit. Ubi autem de corpore delicti non satis liquet, cessat pœna suspendij.

Ad L.2. ff. arb. furt. cæsarum respondet Tabor. in Racemat. pag. 437. num. 49. quod vocabulum Latronis latius sumatur pro eo, qui prædas undequaque aucupatur, uti sumitur in L.9. §.4. ff. Loc. Cond. l.21. ff. Soluto matrim. quemadm. des petat. l.3. §.7. ff. de Sepulch. viol. non autem in sensu stricto.

Deinde notanda est particula *Tanquam*, quæ accipitur impropriè, ut ita similitudinem saltem, non verò exæquationem delictorum importet. Proinde Lex istæc 2. ff. arb. furt. cæsar. frustra ad capitalem pœnam furibus lignorum irrogandam adducitur.

## ARTIC. CLXIX.

*Fures piscarii, ut puniantur.*

Straff derjenigen die Fisch stehlen.

**M**elcher aus Beyherrn / oder Behaltnuß Fische stelt / ist auch ei- nem Diebstal gleich zu straffen. So aber einer aus einem fließenden ungefangenen Wasser Fische finge / das einem an- dern zustünde / der ist an seinem Leib / oder Gut / nach Gelegenheit / oder Gestalt des Fischens / der Person und Sachen / nach Rath der Rechts- verständigen zu straffen.

## AD ARTIC. CLXIX.

## ARGUMENTUM.

*Qui ex alieno stagno, piscina aut vivario pisces furatur, illud facinus tanquam furcum puniendum est. Sed qui ex flumine alieno privato pisces invito domino capit, proratione piscandi, conditione personarum, & quantita- te damni illati iuxta consilium Prudentum vel corporali pœna : vel mul- etia pecuniaria coercendus est.*